



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Iesvitarvm Assertiones, Ex Epistola Priori Divi Pavli ad Timotheum, in Schola Dilingana disputatas, quibus totum Papatum stabilire conati sunt, pia responsio

**Bidembach, Wilhelm
Osiander, Lucas**

Tvbingæ

VD16 B 5358

Ioannes Brentius pio Lectori S. D.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36892

Ioannes Brentius pio Le-
ctori S. D.

VM David munitissi-
mam arcem Iebusitarum
obsideret, collocarunt illi
in muro clados & cæ-
cos, quibus freti, de ex-
pugnatione arcis erant securissimi. Ita
cum hodie Jesuitæ deletorum Cananæo-
rum, hoc est, Monachorum & Sacrifi-
culorum reliquiae, armis sacrarum Scri-
pturarum oppugnantur, isti clauda & cæ-
ca veteris Idolomanie Sophismata, iam-
dudū eneruata, cōuicta, confusa, explosa et
in talparum cauernas abiecta in acie pro-
ducunt. Etsi autem tam imbellis discin-
dorum & inermium militum turba ri-
deri potius debebat, quam oppugnari, ta-
men, quia Iesuitæ, vel ipso Goliathæ,
A ij quāmuis

quamvis toties refutati, securiores, agminibus Dei viuentis adhuc exprobrare et sanctum Israhel blasphemare non verentur, hoc impunè ipsis licere non debet. Itaq; non displicet mihi, DD. Vilhelmi Lindenbacchij, & Lucæ Osiandri, meorum in Ecclesia Studiogardiana collegarum conatus, qui pio studio pro veritate et perspicuitate doctrinæ Apostolicæ, quæ in priori ad Timotheum Epistola traditur, contra impias tenebras Jesuitarum propagant. Nec dubito, quin Christus Iesus, quem, qui illius nomine gloriantur, Jesuitæ, neq; norūt neq; colunt, hanc operam, Ecclesiæ suæ præstitam, clementer sit approbaturus, & gloriam nominis sui contra omnes omnium impiorum blasphemias defensurus in sempiterna secula,

Amen.

Præfa-